

2705

HOMILETICI.

2706

Ord. Minorum; legas enim patrem nostrum beatum Franciscum. In C. 6. de passionis memoria deficit.

VIII. fol. 262. Incipit tractatus siue forma sermonum. Initium: *Theologia est scientia pro naturato a naturante ad magnum quid edita.* Vel hinc liquet, quid ab hac facri Oratoris Institutione praestolere. Agit illa de *Sermone, Thematē, Commixtione, Discursu, Ampliacione, Articulatione, Membracione &c.* Fol. 270. tres voces requirit: *tacitam*, quando invocas et concludis, *mediocrem* per totum Sermonem, *altam* in allusionibus &c.

IX. fol. 274. *Copia Latinitatis.* Institutionem oratoriam grammatica excipit, dignum patella operculum. Ejus initium: *Notandum quod diuersa negotia non possunt exprimi nisi per diuersa verba &c.* Plagosi Orbiliū commenta, ad quae olim infelix Pueritia sudare et algere coacta fuit. Sub finem ad *Viaticum* et *Poetrium novam* provocatur.

DCCXXXV.

767 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 400. 8. non una manu exaratus continet Apparatum *Homileticum* ad usus quondam saepe memorati *Wenc. Rossii Bohemi Sacerdotis*, qui fol. 45. p. 2. adlevit: *Wenceslaus Rossius scripsit Anno 1560. In nouo Anno. Ordinatus autem fuerat Italiae mudone (Mutinae) 1516.* Initium: *In Aduentu. Hodie incipimus tem-*

pus nouum, quod est aduentus domini &c. Fol. 307. p. 2. legitur: *In die Reliquiarum super Euangelium Sermo, qui incipit: Hodierna dies bobemice uocatur Swatosti (Sanctitates, nobis Heilthümer vel Heilthümer, sed etiam Sacramenta) quia olim in bobemia prage ostendebant diuersis nacionibus Crucem in qua saluator noster pendit, lanceam clauos. Sed hoc non uocantur uera sacramenta, quia sunt res mute, sine anima, non sunt capaces pochopne sanctitatis alicuius. Et ideo nos habemus alia sacramenta meliora utiliora gest-nost (essentialia) sacramenta uera noua perfecta que de latere christi prodierunt, Scilicet baptismus et eucaristia &c.* Vide, ut Plebi eximat ἀμφιβολίαν τὴν Swatost. Ita vero passim in his *Sermonibus* utentium commodo rebus paullo reconditionibus adpellationes *Bobemicae* adiunguntur.

DCCXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 768 XV. Folior. 389. 8. non una manu exaratus continet Apparatum *Homileticum*, ut praecedens, ad eundem *Rossium* olim pertinentem. Initium hic ducitur a *Sermone de Sancto Andrea Apostolo. Hodie celebramus festum sancti Andree apostoli christi, de quo canit ecclesia, dilexit dominus Andream &c.* Ad calcem adscriptus est Elenchus eorum, qui a sacra Communionē prohibentur, atque hos inter lingua Bohemica: *Swatokupczy*, id est *Simoniaci*, *Swatoku-*

N 3

2707

C O D I C E S

2708

tokuzelnicy, qui rebus sacris ad magiam abutuntur, *Nawazaczowe*, qui Ligaturas seu Amuleta usurpant, *Ptakoprawczy*, Aruspices, *Hadaczowe*, Conjectores. *Tantum series juncturaque pollet.*

DCCXXXVII.

- 769 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 239. 8. non una manu exaratus et ipse Sermones sacros continet hoc Titulo: *Libellus Anthonij Baccalaurei de natione* (Bohemica?) *Sermones super epistolarum particulas ab aduentu usque Trinitatis. Initium a Dominica prima in aduentu. Hora est iam. Iam ex dono dei bodie inchoamus tempus nouum &c.* Nomen *Wenc. Rossii* non reperio, quamvis suspicer hunc etiam *Codicem* Homileticae ejus Supellestilis partem fecisse. Totus Glossis *Bobemicis* scatet, quarum unica fere gratia, ut tot ei similes, mentionem meretur.

DCCXXXVIII — XLIII.

- 770 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 448. 8. non una manu exaratus, ejusdem cum praecedentibus argumenti. Idem dic de *Codicibus* DCCXXXIX — XLIII. quibus adeo immorari operae pretium non est.

DCCXLIV.

- 779 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 142. 8. a diversis

congestus Varia complectitur *Annotata* ad usum potissimum *Homileticum* et *Hermeneuticum* non magni momenti. *Fol. 101.* Argumenta pro *Purgatorio* edifferuntur, hoc ingressu: *Quod locus purgatorij post hanc vitam sit ex dictis saluatoris claret dicentis Matth. 12. Quicumque dixerit verbum contra filium &c. Fol. 137.* Elenchus *Virtutum* et *Vitiorum* textitur lingua lat. et bohemica, unde de *Codicis* Patria statues.

DCCXLV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XVI. Folior. 309. 8. lectus est e Schedis *Wenc. Rossae* Sacerdotis *Bobemi* continentibus primas sacrarum *Dictionum* *Lineas* pro diversis *Dominicis* et aliis festis diebus.

DCCXLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XVI. Folior. 317. 8. ejusdem generis *Aerjawa* ad eundem *Rossam* olim pertinentia complectitur.

DCCXLVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XVI. Folior. 212. 8. nihil ablu dit a praecedentibus duobus, quibuscum vix memorari meretur, nisi quis *Glossulas Bobemicas* hinc et inde illis insperfas respicere velit, aut *Diploma Georgii Regis* a. regni quarto 1461. germanice datum *Gorliczensibus*, quo illis